



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Rembertus Ep. 4. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

82 VITÆ SANCTORUM. 4. Fa
ac pontem perambulavit, dein velut fe
sus molliter in medio aquarum confedit
hauftis interim vortice LXVII. viris
qui Deorum suorum fiduciâ idem age
tentârant. Tandem cum geminis uni
ex septem, de quibus dixeramus, ma
tronæ filiolis, lictori cervicem præbuit.
Quibus è vulneribus plus gloriae quam
sanguinis manavit. Ex Surio.

Sine ferro Martyr esse poteris, si pa
tientiam in animo veraciter conservas
vis: Non pacificus consortium non mer
bitur Angelorum; Lividus & iracundus
erit particeps Dæmoniorum. S. Bern
Mod. bene viv. c. 40.

S. REMBERTUS EP. 4. Februarij.

T Antum R E M B E R T U S apud Deum
poterat, ut Sacerdos piacularibus
flamnis addictus cum patronum expe
teret: ut minus mirere, si, quod in in
fernos ignes habuit imperium; Antistes
Bremensis factus in eorum etiam inqui
linum malum genium exercuit. Inse
derat hic Carolum Crassum postea Im
peratorem, universoque regno & Lu
dovico patri luctuosum dederat specta
culum. Frustrà per Divorum tumulos
circumducebatur, frustrà carmina de
votoriâ adhibita, donec R E M B E R T U S
larvis filium, & patrem solicitudine li
beravit. Carolus memor bello nuper
pa-

4. Feb. VITÆ SANCTORUM. 83
patrem se petuisse, fassus ingenuè est,
non tunc primùm se diris esse agita-
tum, sed quoties infestandi patris con-
filiā cepisset; ut intelligant, qui in pa-
rentes insurgunt, quo consiliario rem
gerant, quin imò jam animos orcinō
hospite possideri, quibus amor in paren-
tes est pulsus. Cæterū R E M B E R T U M
patrem pauperes suum jam dudum vo-
cabant, ut qui in eorum usum loculos
semper circumferret. Certè in capti-
vos non suos modò, sed etiam sacros
thesauros dilapidavit, præclaram mer-
caturam existimans, auro animas eme-
re. Vectoriam contra Nortmannos pre-
cibus suis alter Moses impetravit, fuit-
que deinceps locus ille, in quo ora-
verat, semper cespīte virenti lātus: pu-
to ne unquam civibus obsidione libera-
tis deesset unde coronam sospitatori suo
necererent. Ex Surio.

*A velle à Sole Solis radium, & non lu-
cet; membrum à corpore, & putreficit:
si para filium à devotione paterna, & jam
non est filius, sed frater & collega illo-
rum de quibus dicitur: Vos ex patre dia-
bolo estis. S. Pet. Chrysol. in serm.*

F 2 S. THEO-